Actuum ꝑ totum.

De morte horrenda malorum.

Morte horribili moriunt᷑

- Homicide
- Tyranni
- Luxurioſi
- Nequicioſi
- Sacrilegi
- Parētes negligentes
- Mali conſiliarij.

Morte horrenda moriunt᷑ homicide aliorū ſanguinē effundentes. ſic cayn qui fratrem ſuū occiderat fuit a lamech poſtea interfectus. Geñ.iiij. Pharao qui ſubmergi fecerat pueros hebreorū in mari cū exercitu ſuo ē ſubmerſus Exod.xiiij. Adonyboſeth q̄ manuū ſummitates ⁊ pedū abſciderat ab alijs ſiliter ipſe ꝑciſus ē. Judi.j. Salmana ⁊ zebee qui frēs occiderāt gedeonis a gedeone ſiliter ſunt occiſi. Judicū.viij. Abimelech qui.lxx.frēs ſup lapidē occiderat fuit ſub vna femīa ꝑcuſſus mole fragmine ⁊ interfectus. Judicū.ix. Adoleſcens qui ſaul ſe dixerat occidiſſe fuit dauid iuſſionib⁹ interfectus.ij.Reg.j. Latrones qui occiderunt iſboſeth fuerūt a dauid interēpti. cui crediderūt cōplacere.ij.Re.iiij. Joab qui duos viros ꝑ ditiōe occiderat fuit ſalomonis imꝑio interfectus.tercij Re.ij. Sambri qui occidit helam regem poſt octo dies in palatio ſe ꝯbuſſit.iij.Re.xvj. Achab qui iniuſte fecit lapidari naboth.canes eius ſanguinē potauerūt.iij. Re.xxij. Jezabel homicidā iheu ꝑcipitari mandauit ⁊ equoꝝ pedib⁹ ꝯculcari.iiij. Reg.ix Athalia que oē ſemen regiū extirpauerat.ipſa valde turpiter ē extincta. iiij.Reg.xj. Andronicus ī eodē loco occubuit occiſus in quo fecerat onyā trucidari.ij. mach.iiij.

Morte horrenda moriūt᷑ tyrāni qui alios īiuſte opprimere deteſtant᷑.nā zyzara tyrānus ꝑ manuꝫ femīe clauo

ꝛ malleo eſt confoſſus Judi
cum.iiij. Saul qui iniq̃ꝫ ꝑ-
ſecutus eſt dauid ſeipſum ꝓ
pꝛo gladio interfecit. pꝛimi
Regum.xxxj. Impius bena
dab a ſeruo ſuo a ſahele. fuit
dei iudicio iugulat⁹.iiij. Re
gum decimo. Joas tyrãnus
ingratus qui fecerat zachari
am lapidari fuit a ꝓpꝛijs ſer-
uis interemptus.iiij. Regũ
xxij.ꝛ.ij. Paralipome.xxiiij.
Holofernes qui multa va-
ſtauerat per manum femine
capite truncatus eſt. Judith
xiij. Superbus tyrannus a-
man qui ſe fecerat adorari fu
it ſuſpenſus patibulo quod
prepauerat mardocheo. He
ſter.vij. Anthiochus qui mĺ
torum viſcera torſerat eſt do
loꝛe viſcerum interemptus.
ij. Machabeoꝛum.ix. Jaſon
qui fratrem captiuauerat. et
multos expulerat per regem
eſt moꝛtuus ꝛ non ſepultus.
ij. Machabeoꝛũ.v. Hoꝛ-
renda moꝛte moꝛiuntur luxu
rioſi ꝛ maxime qui deſeruiũt
horrende luxurie. Nam quia
omnis caro coꝛruperat in lu
xuria vias ſuas. facte ſunt a-
que diluuij ex quibus moꝛ-
tui ſunt omnes homines ſu-
per terram Geneſis.vij Su
per zodomam pluit dominus
ſulphur ꝛ ignem. ꝛ ſubuertit
nepharias ciuitates Gene.
xix. Filij beniamin qui vxoꝛẽ
leuite turpiter deluſerũt etiã
crudeliter ſunt deſtructi. Ju-
dicum.xix.ꝛ.xx. Amon qui
ſoꝛoꝛem ſuam oppꝛeſſerat ab
abſolone in conuiuio eſt occi
ſus.ij. Regum.xiij. De hac
materia quere capitulo.lxx-
viij. de luxuria Moꝛte tur
piſſima moꝛiuntur qui deuꝫ
nequiter offendunt Nam na
dab ꝛ abiu contra dei volun-
tatem ignem alienum offerẽ
tes ſunt ab ignis incẽdio cõ
cremati. Leui. decimo. Blaſ
phemus qui nomen domini
blaſphemauerat a populo la
pidatus eſt Leuitici.xxiiij.ca
pitulo. Choꝛe dathã ꝛ abyꝛõ
qui cõtra deum ꝛ moyſen in
ſurgebant. abſoꝛbuit eos ter-
ra viuos Nũe. decimoſexto

Goliath ſupbum ꝛ dominū
blaſphemantē dauid ꝓprio
gladio interfecit. j. Re. xvij.
Sennacherib blaſphemans
deum poſt fugam a proprijs
filijs eſt occiſus. iiij. Regū.
xix. Sedechias rebellis deo
fuit. ideo vidit filios occidi
ante ſe ꝛ ipſe malo exitu clau
ſit vitam. iiij. Regum. xxv.
Alchimus dei aduerſarius
ꝑcuſſus eſt paraliſi grauiſſi/
ma ꝛ mortuus eſt cum tor/
mento. j. Machabeorum. ix.
Herodes qui ſibi diuinas
vſurpauerat laudes ꝑcuſſus
a vermibus expirauit. Actu.
xij. Morte horrenda mo/
riuntur ſacrilegi ꝛ raptores.
nam achar qui tulit de ana/
thematе aliquid diuino iu/
dicio fuit lapidatus a ꝑplo.
Joſue. vij. Similiter ſacrile
gus menela⁹ turri altiſſima
eſt precipitatus. ij. Macha.
iiij. Liſimachus ſacrilegus
digne iuxta erarium eſt occi/
ſus. ij. Machab. iiij. Anani
as ꝛ ſaphira fraudantes de
ꝑcio agri quod iam domino
erat deditū dī iudicio morte
ſubitanea ſunt puniti Actu.
v. Morte horrēda mori/
untur parentes qui nō corri/
gūt filios ſuos delinquētes
ꝛ filij ſpūalib⁹ parentib⁹ nō
obedientes vel eos in ſuis ſe
nectutib⁹ deridētes. nam qꝛ
heli nō correxit filios acriter
de eoꝝ ſceleribus dē ſella ca/
dens fractis ceruicibus ex/
pirauit. Similiter ꝛ eius fi
lij duo ei non obedientes in
bello mortui ſunt. j. Re. iiij.
Abſalon non ſolum nō obe/
diens ſed ꝑſequens patrem
ſuū capillis herens quercui
lancea fuit ꝑforatus. ij. Re.
xviij. Pueri male nutriti q̄
deridebāt helizeum ab vrſis
ſunt dī iudicio deuorati. iiij.
Re. ij. Uirum qui noluit cre
dere helizeo cōculcauit turba
in ciuitatis exitu. iiij. Regū
vij. Balthaſar qui non fuit
patris exēplo correptus poſt
manum ſcribentis ad portaꝫ
alias ad parietē fuit ea nocte
penaliter interfectus. Dan.
quinto. Morte horrenda

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

moriunt̃ consiliarij mali suadentes mala ꝛ falsa testificātes Nam achitofel qui contra dauid dedit malum consilium laqueo se suspendit. ij Regum. xvij. Seba qui cōmouit populū contra dauid fugiens in abela alias in euola fuit decapitatus. ij. Regū xx. Falsi accusatores danielis fuerunt a leonibꝫ deuorati. Daniel. xiiij. Duo senes testes falsi deprehensi a puero daniele iuste a poplo sunt occisi Danielis. xiij.

De morte preciosa iustorum

Moriunt̃ preciose q̄ viuūt
- Innocenter
- Patienter
- Decenter.
- Sapienter

Morte preciosa moriunt̃ martires qui ꝑ eoꝝ innocentia vel ꝑ iusticia vel fide sustinent passiones Sic abel a cayn innocenter interfectus est Gene. iiij. Miserunt impij lapides in zachariam filiū ioiade ꝛ eū martirem fecerunt. ij. Paralipo. ij. Judas dixit si appropinquat tempus moriamur ꝛ nos in virtute cum nostris fratribus primi Machabeo. ix. Post tormenta mortuus est eleazarus exemplum fortitudinis derelinquēs. ij. machabeo. vj. Septem fratres cum pia matre eoꝝ morientes pro legibꝫ exempla similiter reliquerunt. ij. Macha. vij. Pro virtute ꝛ honestate fuit iohannes baptista ꝓpter herodiadem decollatus Mathe. vj. Stephanus plenus spiritu sancto ihesū vidit q̄n fuit a ꝑsecutoribus lapidat⁹ Actuum. vij. De hac materia loquit̃ augustinus. iiij. de ciuitate dei dicens ꝙ deus tātam ꝯtulit fidei gratiam. vt mors que vite contraria constat esse instrumentum fieret per qd̓ transiret̃ ad vitam

Morte preciosissima moriunt̃ hoīes tribulati suas tribulatōes ꝛ passiones patienter ꝛ sine murmure tolerātes